



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palatium

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gzaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Quibus bonis eleemosyna constare debeat Cap. 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)

dit clamidem, cuius tamē opus in cœlis fuit
 approbatum sed cum paupere dimidiauit,
 & vt faciamus idem nobis exempla para-
 uit: nec se totum tradere insinuat Zacheus
 sed tantummodo *dimidium*, nam, vir sapi-
 ens bene scit, quid sua burfa gerit. Non et-
 iam æquum foret, vt qui liberos educandos
 habet, bonis ita eos spoliaret, vt eis postea
 per fas & nefas alia acquirere necessarium
 foret; Sed pensandum est Apostoli consili-
 um inquentis: *In presenti tēpore vestra a-*
bundantia illorum inopiam suppleat, & illorū
abundantia vestra inopia sit supplementum vt
fiat equalitas.

2. Corin. 8.

Igitur dum Eleemosynam facis, memē-
 to diuinæ liberalitatis quæ non potest ex-
 cedi ab homine, sicut nec vmbra corpus
 potest antecedere.

9. Condicio.

QVIBVS BONIS ELEE-
 MOSYNA CONSTARE

DEBEAT.

CAPVT XXX.

Quantum ad bona quæ in Eleemosina
 larguēda sunt, illa patent, si illud, *Bo-*
norū attente consideremus. Non enim bo-
 na sunt, quæ cum ijs vtī nō licet, aut ijs vesci
 non

non valemus, ob corruptionem, putredinem, aut similem quandam alterationem, pauperibus donamus. Quæ omnia in Eleemosynam tribuere nullatenus debemus. Nam sicut iniquum est Domino vouere filium debilem, claudum, gibbosum, mancum, vel languidum; ita pauperibus, corruptos cibos quos reijcit appetit⁹ in escam tradere plane impium est. Nec solū impij sunt qui huiusmodi operantur, sed etiam in eos maledictionē fulminat Malachias, cū inquit: *Si offeratis cœcū ad immolandum non ne malū* Malach. 1. 8. *est? & si offeratis claudū & languidum nonne malum est?* subide concludit. *Maladictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino.* Equum Ioan. 6. igitur est vt de meliori domus nostræ substantia largiamur, nam Domin⁹ turbam in deserto præstantissimis atq; abundantissimis paut alimentis. Eliam quoq; carnibus delicatissimis ob imbecillitatē sustentauit. 3. Reg. 19.

QVOD ELEMOSYNA ^{4. condicio.}
EX PROPRIIS BONIS LARGIENDA SIT.
CAPVT XXXI.

EAtenus tamē eleemosyna faciēda est vt
I 4 xqui.